

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quartaetas mundi

Genua ligurum domina et regina. quae etiam Ianuam dicimus ytalie vrbs celeberrima clarissimaque in ligustici maris litore a quodam Senno saturni regis filio condita et cognominata dicitur. Alij vt paulus perusinus hystoricus a genuino phetontis socio ob nauis maris in litore relicto cum parte nauium custode qui iunctus accolis loci siluestribus hominibus oppidum condidit: et genuam ex suo nomine nuncupauit. Alij quoque a Jano ytaloz rege et post troyanam cladem ampliata ubi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum est cuius sigilli inscriptio sic haberi dicitur. *Briffus vt has angit: sic hos ianua frangit.* Quidam tamen ante belli punici tempora nullam eius vrbs mentionem haberi dicunt. Lilius autem eius incrementum habuisse dicit Lucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno destructum exedificaret. Postquam tempora liguribus genuensibusque amicitioribus usi fuerunt. quibus quibus magne copie variaque bello usui futura mitterentur maxime oportuna fuisse videtur genua loci natura tunc etiam portuosa. Eam Karolus magnus imperator pipinusque filius rex ytalie et successores franci reges per annos circiter centum summa cum iusticia et humanitate sicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarunt ducibus illi admistrande qui comites appellarentur prefectis. Hec plane ciuitas totius ligustici sinus emporium est.

Que a quadringentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementum. Unde et ingentes nacta vires et portu edibusque superbissimis ac reliquis in omni genere ornamentis nunc usque preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes superat. Queque et naualis belli peritia adeo excellit: vt annos multos maris imperio potiretur et piratarum abstulerit latrocinia. Post karolum vero magnum et filios plurimam ciuium sustinuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos dominos sibi superinducere aliquando necesse habuit que ciuilibus agitata discordijs memoria nostra imperium maris amisit eius enim creberrimas mutationes et oriens simul et occidens admiratur que sic auxilio et consilio destituta imperium eius longe lateque diffusum pene exhaustum est. Peras enim vrbes Constantinopoli oppositam. mitilenam insulam. Famagustam vrbes totius Ciprie insule columen. Chium insulam: aliasque grecicasque vrbes plurimas a thurcis: aliisque gentibus ablatas deperdidit vel tributarias fecit. Capha etiam eius colonia in thaurico Cheroneso non procul a bosphoro cymerico amisit. Ornat autem hec ciuitas Senno maxime cineribus percursoris domini. Et cathino quodam Smaragdino impreciabili quem tradunt illum fuisse in quo dominus iesus xpus agnum paschalem in cena domini cum apostolis suis comedit.



pera
famagusta
chium
Capha

maragelino